

Nos STEPHANVS RADECIVS

Dei et Apostolica sedis gratia Episcopus Ecclesiæ Agriensis, ac perpetuus Comes Comitatus Hewesiensis, necnon Sacratissimi principis et domini domini Rudolphi Secundi, Dei gratia Electi Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regis, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, &c. Consiliarius, ac per Regnum Hungariæ Locumtenens, &c. Vniuersis et singulis Christi fidelibus, presentibus et futuris presentium, Noticiam habituris. Salutem in salutis largitore. Quia actiones quas mundus ordinat spe delet temporum successus, in firmen- tur beneficio literarum. Quapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus perueniri, Nos ex pietate nostra Christiana, benedi- merendi studio & obseruantia, erga Illustrissimum et Magnificum dominum Joannem de Borja, Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici Consiliarium, et apud præfatam Cæsaream et Regiam Matrem, dominum nostrum clementissimum, Oratorem. Si quidem suam Illustr^{ma} et Magnificam dominationem, acerrimum fidei Catholice defensorem et cultorem cognouimus, eidem, primum in honorem Dei Omnipotentis et eius sanctorum, tum in signum nostre erga se Amicitie & obseruantie, partem digiti Fidis sinistre manus, de corpore sanctissimi viri Joannis Eleemosarij, Episcopi Alexandrini dempti, dedisse: Quod corpus ex Asia per militem olim Andream Hierosolimitanum, Regem Hungariæ Budam delatum, et diuersis miraculis propter piorem fi- dem illustratum, ac multis iam membris propter eorum studium mutilatum, in Collegiata Ecclesia nostra Posoniensi, in Sacratio diui Martini Episcopi et confessoris conquiscentes quod sua Illustr^{ma} dominatio, harum sanctarum reliquiarum, non minorem curam in ornatu quam cultu, Catholica et nostro erga se amore habitura sit. Quod ita esse Chronographi & sigilli nostri fide et auctoritate testor. Datum Posonii, Vigesima octaua die Mensis Martij, Anno Domini Millesimo quingentesimo.

Stephanus Radecius
Agriensis Locumtenens



Joannis Zaluzky.

SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

CULTURA

SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

ARQUIVO
HISTÓRICO

4

Testamento de la Religiosa de
San Juan - Misericórdia.

Seiscentos. 60

60

1